



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

87. An in dubio, si causa tacita in dispensatione sit finalis, vel impulsiva
dispensatio sit invalida? Ex part. 8. tr. 3. res.. 62.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

sunt dispensationes omnino separatae secus verum, si duplicitis impeditienti ad matrimonium contrahenduntur, dispensatio in eodem rescripto obtinetur, ut voti castitatis, & consanguinitatis, nam subreptio dolosa in altero vitiat totam dispensationem, quoniam, cum sit rescriptum ad eandem causam, eveniensque ipsam respiciens, quoad vitramque partem censetur proclusum. Vide Sanchez de matrimonio, lib. 8. disput. 2. num. 71. & 72. cui ego addo Merlinum tom. 2. disput. 4. cap. 6. num. 403. & alios penes ipsos.

RESOL. LXXXV.

An subreptio dolosa, ut totum rescriptum vitiat, sufficiat, ut sit circa causam etiam impulsuam? Et quid, si subreptio sit circa causam finalem? Ex p. 8. tr. 3. Ref. 91.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Sylvester verb. Rescriptum, queſt. 6^o & 7. Corduba in summa, queſt. 45. opin. 1. punct. 1. immediate ante 3. rationem, Gutierrez, queſt. Canonicas. lib. 2. cap. 15. numer. 134. & ita afferunt, cap. super litteris de rescripto. indistincte intelligendum esse siue subreptio dolosa veretur circa causam finalem, vel impulsuam.

2. At ego contrarium sentio, & affero, solam subreptionem circa causam finalem vitiare, dicendum est, quantumvis malitia, & dulos adit in tacenda veritate, vel exprimenda falsitate solius causa impulsuam totius, vel partis rescripti, nihil ipsius vitiarum. Et ita intelligitur cap. super litteris; quare solum dispensationes, & cetera rescripta censeruntur, quando, siue ignoranter, siue dolo, elicit taciturnitas veri, siue expressio falsi in causa finali. Et tunc, si ea subreptio, tacendo verum, siue exprimendo falsum contingat in causa finali totius rescripti, & ita totum rescriptum afficit, vitiat totum, siue per fraudem, siue per ignorantiam contingat.

3. Et ideo textus in cap. super litteris, intelligendus est de subreptione circa causam finalem; quia agit de taciturnitate veritatis, vel expressione falsitatis causae conductentis ad valorem rescripti; a causa impulsuam non est huiusmodi, sed sola causa finalis, ut probauimus in superioribus; ergo de sola subreptione circa causam finalem agit. Secundo, quia textus, quod hoc, aequiparat profus malitiam, & fraudem in tacenda veritate, vel exprimenda falsitate: sed tacens veritatem, quam explicare non tenetur, qualis est circa causam impulsuam, non potest fraude, vel malitia notari, haec enim culpam impllicant; cum tamen nulla sit in eorum taciturnitate, quae quis explicare non tenetur. Nec obstat, quod in mendacij expressione delictum sit: nam si non contingat circa causam conductentem ad rescripti valorem, non afficit id delictum malitia speciali mendacij, ratione rescripti, in quo contingit, ut bene inquit Sanchez loco citato. Sicut mentiens in Confessione sacramentali, circa rem non necessariò confitendum, reus est mendacij simplicis, & non mendacij ad confessionem attinens. Sicut ergo hoc mendacium non vitiat confessionem, ut bene probat Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 22. sect. 10. num. 5. ita neque illud debet vitiare rescriptum.

RESOL. LXXXVI.

An in dubio, utrum causa expressa in narrativa aliud rescripti sit finalis, vel impulsuam, censenda

sit impulsuam, & non finalis? Idem dicendum est, quando dubium est, an satis probetur veritas narratorum: vel quia est dubium, an causa falsa allegata sit finalis. Ex p. 4. tr. 3. Ref. 64.

§. 1. **N**egatiuam sententiā docet Villalobos in Sup. hec summa tom. 1. tract. 2. difficult. 43. num. 7. Ref. 1. vbi sic ait: [Quando uiesse dada si la causa fue solo impulsuam o final, algunos dijen que se ha de presumir impulsuam, y dijen que en duda en este caso citante la baura de valer la dispensacion. Otros tienen que no sea in Ref. se ha de presumir si no final, ansi lo tienen Baldy 101. §. Socino, y esta sentencia tengo por mas cierta, y que principio en duda no ha de valer la dispensacion por que la ley dada es en possession, y assi es menester que la dispensacion sea cierta.] Ita ille, & ante illum Molina de inst. principio tom. 1. tract. 2. disput. 173. & hæc opinio est probabilis.

2. Sed ego contrariam non minus probabilem esse existimo, quam tuerunt Doctores, quos citat & sequitur Sanchez de matrimonio. tom. 9. lib. 8. disput. 21. num. 20. quibus ego addo Sandarellum var. ref. part. 1. queſt. 59. num. 5. Granado in 1. 2. D. Thomae, conrouer. 7. tract. 3. disp. 17. sect. 4. num. 30. Castrum Palaum tom. 1. tract. 3. disput. 6. punct. 16. §. 5. num. 3. Menochium vol. 2. confil. 106. num. 91. & Laurentium de Portel in respons. mor. part. 3. cap. 8. numer. 2. afferentes in casu dubio an sit causa finalis, an vero solum impulsuam, presumi impulsuam, & non finalis, quia semper debet stare presumptio in favorem actus; quod idem dicendum est cum Palauo vbi supra, ut ego alibi adnotavi, quando dubium est. Alibi inde an dispensatio valida sit, quia dubium est, an satis probetur veritas narratorum, vel quia est dubium an causa falsa allegata sit finalis; nam in his casibus presumendum est validam esse dispensationem. Vide Sanchez vbi supra num. 15. illustrissimæ Societatis Iesu decus & ornamentum.

RESOL. LXXXVII.

An in dubio, si causa tacita in dispensatione sit finalis, vel impulsuam, dispensatio sit invalida? Ex p. 8. tr. 3. Ref. 62.

§. 1. **D**é hac quæstione ego egi in part. 4. tract. 3. resolution. 64. & pro parte affirmativa ad dens. 1. n. 1. Villalobos, quibus nunc addo Ochagauian de sacram. Matrimon. tractat. 4. q. 9. v. 1. & ref. 1. num. 710. Gutierrez præl. quæstion. lib. 3. queſt. 17. tunc in libro 11. num. 112. Menochium confil. 272. num. 57. vol. 3. §. eiusdem. & Baldum confil. 355. vol. 1. Probatur primo, quia Pontifex concedit Ordinario, aut Confessario, ut dispenset, si preces veritate nitantur, at quando est dubium, non nituntur veritate. Secundo, quia cum de impedimento constet, & dispensatio dubia sit, stat posse pro impedimento.

2. Sed ego, vbi supra, negativo sententiæ adhæsi cum multis Doctribus; quibus nunc addo Riminaldum confil. 75. num. 17. vol. 3. & confil. 62. n. 6. & seq. vol. 5. Salas de legibus. disput. 20. feit. 15. num. 22. & Bonacinan disput. 1. queſt. 2. punct. 6. in fine. Quia in dubio semper actus presumendum est validus.

3. Et ad primum argumentum contraria sententia responderet Sanchez, quod cum in eo dubio presumatur pro valore dispensationis, praevalet ea pars, ut preces vera sint.

4. Ad secundū dicit, quod possessioni illi stanti pro impedimento, præpôderat presumptio valoris actus, qui

De Dispensationib. Res. LXXXVIII. &c. 231

qui in dubio, & quantum fieri potest, presumendum est. Nam presumptio faciens actum valere, reputatur aliquis simior, & potentior, ut probat Menochius de presumpt. lib. 6. presumpt. 4.

5. Nota tamen quod post haec scripta, inueni doctum, & amicissimum P. Martinum Perez de marinam dis. 4.6. fol. 1. n.4. sententiam Sanchez docere, nempe, in dubio, an causa sit finalis, vel impulsua, dispensationem esse validam; & pro illa citare Hurtadum, & Coninck: unde ego hanc sententiam puto satis probabilem esse.

RESOL. LXXXVIII.

An quis dabitur, num dispensatio obtenta, sit validas, possit ea vix?

Et inveniatur, quando dabitur, an causa in dispensatione, vel gratia, aut privilegio, tacita, vel falso expressa si finalis, vel tantum impulsua, presumendum sit effe causam impulsuan, & non finalem. Ex p. 4. tr. 3. Ref. 45.

§. 1. R espondeo, quod in tali casu presumendum est dispensationem esse validam. Ita tenet Riminaldus lib. 3. cons. 275. num. 17. & lib. 5. cons. 561. num. 26. quem citat, & sequitur Sancta- tellus variar. refol. tom. 1. quest. 59. num. 1. Et ratio est, quia in re dubia iudicandum est in fauorem actus, ut felicit magis valeat, quam pereat ex cap. Abbat. de verb. significat. & ex l. quorū, ff. de rebus dub. Nec valer dicere, quod, v. g. constat esse impedimentum, & dispensatio est dubia. Ergo posse filio stat pro impedimento; & cum melius sit conditio possiden- di, dicendum est dispensationem non valere; nam teipso meliorem esse conditionem possiden- di, si illi aliquid aliud non praeualeat, ut praeualeat in cau nostro, nam in dubio presumendum est pro validitate actus.

2. Notandum est etiam hic obiter, quod quando dabitur, an causa in dispensatione, vel gratia, vel privilegio tacita, vel falso expressa sit finalis, ita vt sine illa non concederetur dispensatio, vel gratia; an vero sit tantum impulsua, ita vt etiam ex expressa Principis concederet dispensationem, vel gratiam, presumendum est cauam esse impulsuan, & non finalem; quia, vt dictum est, in dubio presumendum est in fauorem valoris actus ut valeat, & non pereat. Ita Sanctellus ubi supra n. 5. cum aliis penes ipsum, licet etiam probabilitate contrariam sententiam tenet Molina de iust. tom. 1. disp. 173. Baldus lib. 1. consil. 35. num. 2. Bartholomaeus Socinus lib. 2. consil. 273. assertentes in tali presumendum esse, quod sit causa finalis; sed nostra opinio est probabilis, & creditur sermo.

RESOL. LXXXIX.

An in dubio circa dispensationem matrimonij, dispensatio confenda sit valida, v. g. ut si causa tacita, vel falso inter alias, veras expressa sit finalis, vel tantum impulsua?

Idem est, quando dubium est, an satis probetur veritas narratur in supplicatione, &c. Ex part. 3. tr. 6. & Milic. Ref. 9.

Hic casus frequenter potest accidere, ut si causa tacita, vel falso inter alias ve-

ras expressa sit finalis, quæ vitiat dispensationem, vel tantum impulsua, quæ non vitiat, item quando dubium est, an satis probetur veritas narratur in supplicatione, &c. & negatiuam sententiam docet Cquinch de Sacram. dis. 33. dub. 6. num. 93. vide etiam Gutierrez lib. 3. præl. qq. quest. 7. num. 115. Menochium volum. 3. consil. 263. num. 57. Bartolomae par. 1. leg. 1. numer. 84. pro solut. marit. & alios penes ipsos. Haec opinio est probabili.

2. Sed non minus probabilem contrariam esse existimo, quam tuerit Salas de legibus, dis. 10. fol. 15. num. 22. Sanchez de matrim. lib. 9. dis. 21. num. 25. & alij quia in dubio semper presumitur actus validus, cap. Abbat. de verb. significat. & con- sequenter dicendum est, quod posse filio sit pro va- lone actus, & in dubio causa presumitur semper im- pulsua. Ceteras rationes videbis apud Sanchez; adi illum, & non pigebit. Vide etiam Riminaldum volum. 3. consil. 275. num. 17. & volum. 5. consil. 562. num. 26. & sequenti. & Bonacinam de legib. tom. 2. dis. 1. quest. 2. punct. 6. num. 4. hanc sententiam docentes.

3. Verum post haec scripta ingenii nouissimum Franciscum Metollam in suis dis. 3. cap. 3. dis. 3. coroll. 14. num. 178. negatiuam sententiam aduersus Sanchez docere; sed ego his non obstantibus, non discedo ab eius sententia affirmativa, quam præter citatos Doctores, etiam docet, & sustinet amicissimus Pater Sanctellus tom. 1. variar. refol. quest. 59. per totam. Dico igitur, quod quando dubitatur an dispensatio sit valida, an subreptitia, presumendum est, quod sit valida; nam in re dubia iudicandum est in fauorem actus. Ideo haec omnia Confessarij mente teneant, nam vi dixi, plures haec dubitatio in facti contingente potest accidere; & secundum hanc opinionem consilientes, seu penitentes à maliis la- boribus liberabuntur.

RESOL. XC.

An taciturnitas veri reddat subreptitiam dispensatio- nem, quando taceatur aliquid, quod secundum stylum Curiae est necessario declarandum? Ex p. 1. tr. 10. Refol. 42.

§. 1. A ffirmatiu respondet Sanchez tom. 2. lib. 8. dis. 21. fol. 1. quest. 1. Layman. in Theolog. moral. lib. 1. tract. 4. cap. 22. numer. 18. Et ratio est: quia stylus Curiae facit ius, vt ex multis probat Bar- bosa in collect. tom. 1. lib. 1. titul. 2. cap. 11. numer. 3. Ergo, &c.

2. Sed Granado in part. 2. contr. 7. tral. 3. part. 2. dis. 17. fol. 6. num. 46. docet, tunc stylum Curiae facere ius, quando constat, cum esse talen, vt pen- dentis arbitrio inducar obligacionem eisam in foro conscientiae; quod non semper constat: imo Hen- riq. lib. 12. cap. 3. num. 7. afferit, taciturnitatem veri non vitiare dispensationem in foro conscientiae, sed solum in externo; licet stylus Curiae pereat vt non taceatur: & Cevallos in qq. præl. quest. 737. à num. 20. ait, eiusmodi stylum non obligare extra Curiam: quod idem sentiunt alij Doctores: & præ- terea stylum Curiae variari, variato Pontifice, & non obligare, nisi sit scriptus, & à Papa approbatus. Quod quidem deseruit, vt non reputetur subre- ptitia dispensatio, in qua taceatur verum contra stylum Curiae; nisi certè constituerit, talen esse stylum, vt in foro animæ obliget, & in eo loco

præterita, &
sive doctrina
huius textus
dege ibi Res.
cijus secunde
nor & infre
in Ref. 402.
s. vlt. ad me
diun.

FLANDE
Ommia
I. II. III. IV. V.
E III

Sup. hoc id
Ref. seq. si
granter in
§. Itaque, &
lege Resol.
not. seq.

Sup. hoc styl
lo curie lat
tissime supra
in Ref. 63. §.
difficultas.
& in multis
aliis eius an
not. & in
R. C. seq. §.
Itaque, & in
alii eius